



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CXLVII. Der Domstift die Stiftung des Altard der drei Magier und der h.
Cathrina in der Jacobikirche, am 9. März 1347.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

frequentantibus, decem solidos denariorum Brandenburgensium in villa nostra Staffelde cum proprietate mera ex curia, quam nunc possidet Thideke dictus de Griben, annis singulis persolvendos, Comparatos a nobis de bonis domini Johannis de Bellin, quondam ecclesie nostre canonici, in morte relictis, inter focios Camere predictae, qui vigiliis et missis pro defunctis singulis annis, quando anniuersarius dicti domini Johannis de Bellin peragetur, personaliter interfuerint, diuidendos. In cuius rei testimonium presentem litteram predictis focis dedimus, sigillo nostri Capituli firmiter communitam. Datum et actum anno domini M^o. CCC^o. XL. septimo, feria sexta proxima ante dominicam, qua cantatur Letare, in Capitulo nostro generali, Presentibus nobis Conrado de Arnstede preposito, Johanne de Schepelitze decano, Conrado de Oftheren scolastico, Johanne de Rokitze, Olrico de Eykenbardeleue, Wenero de vincelberghe, Wenero Reynoldi ac Henningo de Bartenfleue Canonici Ecclesie nostre predictae.

CXLVII. Das Domstift bekundet die Stiftung des Altars der drei Magier und der h. Cathrina in der Jacobikirche, am 9. März 1347.

— Conradus, Dei gratia Prepositus, Johannes eiusdem gratia Decanus, totumque capitulum ecclesie beati Nicolai in Stendal — ad uniuersorum Christi fidelium notitiam cupimus peruenire, quod discreti uiri Rodolphus, Merzelinus et Albertus fratres dicti de Lyten, oppidani in Stendal, de nostra speciali licentia et omnimoda uoluntate quoddam altare, situm in ecclesia sancti Jacobi in Stendal in honore trium magorum et sancte Katherinae uirginis confecerat, ob cultum diuinum ampliandum et suorum progenitorum ac eorundem memoriam fundauerunt; Ad quorum instantem requisitionem et prudentium uirorum Scabinorum dicti oppidi Stendal, illustris Princeps ac dominus, dominus Lodovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, — dedit et solempni donatione donauit ac appropriauit ad dictum altare octo frusta annuorum reddituum — super agrum, qui uulgariter dat Morgenland dicitur, in uilla Osterie — cum supremo et infimo iudicio infra sepes dicte curie et cum libertate seruitii, quod dicitur Waghendinst, et precariis quibuscunque eiusdem curie, nec non in Villa dicta ynfel III. choros — et in uilla Steinvelde in curia dicta Calve unum chorum filiginis, quibus quidem frustis dictum altare dicatum est. — Datum et Actum Stendal in loco nostre ecclesie capitulari. Presentibus nobis Conrado de Arnstede preposito, Johanne de Schepeliz decano, Conrado de Oftheren scholastico, Johanne de Roxe thesaurario, Vlrico de Bardeleue, Wenero de vynzelberghe, Wenero de Hyldensim atque Johanne de Santerseuen nostre ecclesie predictae canonicis. In anno sub incarnatione Christi millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, feria sexta proxima ante dominicam, qua cantatur laetare Ierusalem, in nostro capitulo generali.

Vollständiger aber sehr fehlerhafter Abdruck in Ludwigs Reliqu, Man. VII, 508.